[IV.] et in predictis commissis vobis Officiis nolentes vos expensis propriis laborare, placet nobis et volumus, ut a tempore, quo predicta officia de mandato nostro exercere incepistis, usque nunc et inantea, donec in eisdem Officiis vos contigerit commorare, retineatis vobis de pecunia curie dictorum officiorum, que est vel erit per manus vestras, quilibet videlicet vestrum pro se scuteriis quatuor et equis quinque et pro uno notario cum uno equo a)[13] ad racionem de granis auri tredecim inter hominem [et equum] pro expensis vestris et de tareno uno pro predicto notario cum equo suo ponderis generalis per diem. portulanis vero et custodibus maritime parcium iurisdictionis vestre illas de predicta pecunia solvatis expensas, que per predictum precessorem vestrum tempore qui officii de [mandato] domini patris nostri et nostro b)[14] portulanis et custodibus statutis per eum fuerunt exhibite et solute, de quo per predictum vestrum certificemini precessorem; forma tamen novarum constitucionum regiarum et capitulorum nostrorum pro bono statu fidelium edito[rum] super hiis, que [pre]dictum vestrum tangunt officium, in omnibus et per omnia inviolabiliter observata.

Dat. Neapoli die primo decembris XII. ind. [1283.]

14 b) Reg. nostris   13 a) Reg. fol. : uno.